

Vc
4398





h. 34, 42

Vc
4398

SUCCINCTA
NARRATIO

OMNIUM EORUM, QUÆ AB
ultimis comitijs Septemviralibus, & eligen-
do Romanorum Regi Ratisbonæ habitis in
pacis cum Corona Sueciæ negotio, usq;
ad exitum anni cdo. Idc. xxxvii.
sunt gesta.

*Ex actis eo collecta ac edita, ut cuius liqueat, ab
utrâ parte retardatorum hætenus pacis tractatum
culpa hæserit.*

E Germanico idiomate Latina.



M. DC, XXXVIII.

188

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SALE)



tiffin
ac m
Ron
conf
jesta
perv
arm
con
F
inst
Co
rea
pter
cis
tin
tius
jesta





Emini non constat comitijs proximè superioribus Principum Electorum eligendo Romanorum Regi Ratisbonæ celebratis, Sacram Cæsaream Majestatem nunc piè defunctam, Divum FERDINANDUM II. laudatissimæ memoriæ, cum Septemviris, ut intimæ notæ, ac maximè illustribus Senatoribus suis, Imperijque Romani primarijs columnis: præcipuam instituisse consultationem, quâ ratione cum utrâque Regia Majestate ac Corona Galliæ, ac Sueciæ ad pacis tractatus perveniri, aut, siquidem ij nequirent obtineri, saltem armorum ordinatâ continuatione, pax tandem alma conciliari possit.

Fervente igitur quàm maximè ista de pacificationis instituto deliberatione, jamque eò usque prolatâ, ut Collegij Septemviralis de summa rei sententiâ Cæsareæ Majestati exhibitâ, inteream Serenissimosque Septemviros jam tunc statutum fuerit, in tractatibus pacis cum Corona Sueciæ Principes Electores Moguntinum ac Brandenburgicum, nomine & autoritate totius Senatus Septemviralis, ex suis delegaturos qui Majestati Cæsareæ, ejusve delegatis ac Commissarijs in eo

A 2

nego-

negotio præsto essent, omnemque quam possent, paci-
 promovendæ conjungerent operam: Cumque Cæ-
 sarea Majestas jam in eo esset, ut certas pacificationi isti
 cum Corona Galliæ, necnon Corona Sueciæ nuncu-
 paret delegatos: commodum accidit, ut à Sueciæ Co-
 ronæ consiliario ac Cancellario aulico, D. Johanne Sal-
 vio, ad ordinum Belgij confœderati istic loci tum
 commorantem Commissarium, Foppium, Baronem in
 Aissemah, Dominum in Lipperoda & Altheimb, ad-
 essent literæ, quibus Salvius significabat, Coronã Sue-
 ciæ non renuere, dum & à Sacra Cæsarea Majestate id
 ratum haberetur, quin pro tractanda pace ad ipsam
 Majestatem Cæsaream ultrò sit missura, pacisque nego-
 tium in aula Imperatoria instituendum curatura: qua-
 rum quidem literarum, Baro in Aissemah tum Cæsa-
 reæ Majestati tum Collegio Septemvirali copiam fecit.

Visâ Majestati Cæsareæ Serenissimisque Septemvi-
 ris, hac oblata ablegatione Suecica ad aulam Cæsaream
 negotio provehendo apprimè conducibili, consilium
 cepêre viæ hujus volentibus animis (interpositione
 quam Serenissimus Rex Daniæ obtulerat, tantisper
 suspensâ, dum videre esset, utrum compendiô hõc pro-
 pius ad pacis scopum collimari posset) ineundæ, sique
 ea proclivem se daret, negotiationis cum Sueciæ dele-
 gatis re ipsa suscipiendæ, iisque conditiones pacis ho-
 nestas

pacif nestas, æquas, & securas concedendi, uti ea omnia in
 Cæ actis & protocollis Comitiorum Ratisbonensium
 ni isti prolixius habentur.

Quare, negotio pacis Suecicæ, uti memoratum est,
 Principibus Electoribus Moguntino ac Brandenbur-
 gico ab inclyto Septemvirorum Senatu, jam ante dato,
 Sal- Elector Moguntinus, cum Septemviri Brandenburgi-
 tum ci Legato ibi degente rationes disquisivit, quibus de
 m in hac mente Coronæ Sueciæ delegati quam optimè fie-
 , ad- rent certiores, pacisque negotiatio quantocyus infor-
 Sue- maretur.

Cui rei commodam multumque profuturam hanc
 fam duxerunt rationem, si videlicet, Illustrissimus Prin-
 ego- ceps, SIGISMUNDUS, Marchio Brandenbur-
 qua- gicus, quippe cui adhuc cum Sueciæ Corona adverfa-
 æfa- tionis nihil intercesserat, quique pacificationi Prussia-
 ecit. cæ cum laude ac felicitate summa anno 1635. præfue-
 nvi- rat, se eo usque in negotium intromitteret, ut delega-
 eam tis Suecicis, ablegationem ipsorum ad Aulam Impera-
 um toriam, Ratisbonæ comprobata esse insinuans eidem
 one quamprimum expediendæ quasi viam aperiret: quæ
 per cogitata ad Illustrissimum Marchionem à Septemviro
 ro- Moguntino, ac Brandenburgici Electoris Legato prin-
 que cipali, Ordinis equestris Johannitarum Magistro, Co-
 ele- mite Schwartzenburgico, die 20. Decembris, anni 1636.

tas.

A 3.

Ratif-

Ratisbonâ fuerunt perscripta, quæque de com meatibus aut postulanda aut vicissim offerenda essent, simul suppeditata.

Illustrissimus Marchio statim altero ab acceptis literis die, alias de tota ea re ad Sueciæ Legatum Stetin commorantem, Baronem Stenonem Bielcken (quem ex numero alioqui Suecicorum ad tractatus delegatorum esse ex D. Salvij literis perspectum erat) Colonia ad Spream, die 21: dicti mensis, stylo antiquo, dedit multâque ad pacem promovendam adhortatione præcipuè petiit, ut Coronæ Sueciæ mentem, numquam paciscendi gratiâ ad aulam Cæsaream suos delegandi animo esset, se doceret; paratum eo casu, & nominibus Suecicorum delegatorum sibi significatis, ad saluum conductum Cæsareum ijs quamprimum imperandum ac transmittendum; mentione vicissim com meatuum reciprocorum pro ijs, quos Septemvir tractatum causâ ad aulam Cæsaream missuri essent apud Coronam Sueciæ, ejusque Duces injectâ.

Ad has Marchionis literas, Legatus Sueciæ, die 26 Decembris anni 1636. responsione altius repetitâ, Coronæ Sueciæ constantem ac synceram ad pacem omnemque ad eam negotiandam vias idoneas propensionem plurimis contestatus, quantum ad rem ipsam principalem declaravit, de ijs quæ Salvius ordinum

Belgi

Belgicorum Residenti innuisse diceretur, superiores nempe suos ad delegatos in aulam Cæsaream mittendos pacis ibi tractandæ ergò inclinare, sibi nec constare quicquam, nec in mandatis esse: quamobrem se ista sublimiori potestati, ad quam spectabant commissa relinquere. Interim tamen non obscurè præ se ferebat, sibi quidem ejuscemodi ad aulam Cæsaream delegationem non usquequaque ex recepto inter Supremi fastigij Majestates, omniumque gentium more videri: testatione nihilominus adjectâ, si tales negotiandi acceptu non iniquæ proponerentur rationes, quibus neutri partium sive respectu loci sive aliarum circumstantiarum, præjudicij quid aut læsionis fieret, nec in Suecica tunc parte ullam fore moram.

Hoc Legati responsum Marchio quò par erat, è vestigio significavit, cumque ex eo planum esset, de illa ad aulam Imperatoriam ablegatione pronæ aliquid voluntatis vix sperari debere, ac intellectum tamen sub id temporis ex literis quibusdam ad Ducem Megapolitanum è Suecia, Coronam eam necdum à pace, ejusve negotiatione quamprimum ineunda, abhorrere: Marchio secum reputans, siquidem Coronæ Sueciæ super delegatione ad aulam declaratio tantum expectaretur, id non nisi negotio longas allaturum moras, ideoq; non abs re futurum, si de alia procliviori dispiceretur via,
super

super loco conventus, temporeque tractatum instituendorum sententias conferendi; de colloquio cum Barone Bielken postquam cogitasset, eique proposuisset, ipse tandem Stetinum ad eum proficisci decrevit: simulque fidei interpositionem de securitate interim sedium Septemviralium, ab omni hostilitate præstanda postulavit.

Legatus colloquio adprobato, Marchioni saluum conductum die 24. Januarij datum Stetino misit: at de securitate Sedium metropolitanarum, re ad communicationem cum Mareschallo Militiæ Bannierio præmittendam, reiecit.

Sedium autem istarum rationem cum Marchio à Serenissimo Septemviro magnopere sibi haberet commendatam, nisi impetratâ earum securitate iter ingredi dubitavit, eamque ad totidem saltem dies, quot ipsi ad iter absolvendum forent necesse, literis ad 3. Februarij datis à Legato denuò petiit.

Qui ad eas 9. ejusdè mensis respondens in sententia negotij securitatis postulatæ ad communicationē, quā cū Mareschallo Bannirio judicaverat prius necessariam, differendi perstitit: præsertim quod eo tempore inter Suecicum Septemviralemq; militem velitationes nonnullæ intercesserant: obtulit tamen, si Marchio pacificationis negotio per colloquium viam posse aperiri adhuc

huc existimaret, se id alio quodam loco (Suethum aut
Primislaviam indigetando) habendum non recusatu-
rum, ac Marchioni novum saluum conductum, quod
prior ob velitationes prædictas expirâisset, missurum.

Marchio his intellectis Serenissimum Electorem
Brandenburgicum ipsum Custrini convenit, cum eo-
que hac de re sermone collato die 16. Februarij Legato
per tubicinem scripsit, sibi etiamnum rectâ eum adire
in animo esse, saluum novumque conductum huic fini
per tubicinem istum transmitti poposcit, ad quæ Le-
gatus conductum quidem nondum misit, colloquium
verò, at loco quodam tertio, denuò ratum habuit.

Unde Marchio, cum suum ad urbem Stetini adven-
tum implicite reiici concerneret, congressui Suethum
elegit, ac Baroni Bielken die 21. Februarij per tubicinem
indicavit, se ad 25. istius mensis Suethi ad futurum, de
literis com meatu mittendis iterum commonefactio-
ne addita, quas tamen non Custrini esset præstolatu-
rus, sed profectionem continuo suscepturus, quemad-
modum & fecit.

Igitur Baro Bielken, transmissio novo salvo condu-
ctu, se Marchioni præstò futurum pollicitus, diem ta-
men non nisi ad 27. Februarij literis suis ad 23. datis cõ-
dixit, Cumque ea etiam die, quo minus veniret, impe-
ditus fuisset, misso Joachimo Franschen, Regio Consi-

B

liario

filialis ac Residente cum literis 26. Febr. scriptis ad Marchionem, prorogationem diei usq; ad 28. ac postmodum, eodem iterum misso usque ad 1. Martij, utque Marchio Suecho Vierradam procedere dignaretur, petiit.

Assentiente Marchione, congressus inter eum ac Baronem Bielken 1. Martij Vierradæ fuit habitus: in quo Marchio præcipuè in id incubuit, ut quoad ejus fieri posset, de tempore ac loco futurorum Tractatum certi quid statueretur. Obtineri tamen hoc eam ob causam non potuit, quod Legatus, qui sua ex parte instrumentum potestatis à Corona Sueciæ sibi datæ in promptu habebat, Marchionem à Cæsarea Majestate nulla de his rebus paciscendi potestate esse instructum, causatus ad sponfiones venire abnuerit: quanquam Marchio ostendebat, sibi propterea nihil authoritatis mandative, ratione loci ac temporis tractatum, impertiri potuisse, quod occasione ex Salvij literis nata, Suecica ad aulam Cæsaream delegatio in expectatione fuerit; Septem viros autem Moguntinum ac Brandenburgicum omni connixuros studio ad impetrandam à Cæsarea Majestate eorum, quæ hæc in parte inter colloquentes decernerentur rati habitationem.

Nihilominus in colloquium, sed citra præjudicium, fuit descensum: ubi Marchio ratione temporis condicendi,

cendi, declaravit, ex parte Majestatis Imperatoriae primam quamque diem pactationibus auspiciandis fore gratissimam, ut videlicet id circa medium Quadragesimalium jejuniorum, aut Paschatis festum fieri possit: De loco autem, siquidem is aula ipsa Caesarea esse nequireret, praecipue Francofurti ad Viadrum, deinde Lubecae, & Brunsvici mentionem fecit: & Francofurti quidem eò, quod urbs illa. 1. Tam Caesareae Majestati ob vicinam Silesiam, quam Suecis ob finitimas Pomeraniae regiones, atque ita utrisque foret opportuna: 2. Quod commodis ad diversoria esset aedificijs. 3. Quod alimoniae provisos ex Polonia, secundo Wartae flumine, facile possent subvehi. 4. Locus etiam, (urbe quippe jam ante neutrius partis praesidijs infensa, nec ad bellum magni momenti) cum tractu circumvicino neutrali sequestratione, utriusque satis praestari tutus.

E diverso Legatus (sed propositionis gratiam, tantum, nec decretorie, & tamen ita, ut constans ipsius esset opinio, superiores suos id ratum habituros) quantum ad tempus, vix citius quam octiduo ante vel post Pentecoste ferias ad tractatus posse perveniri existimavit: ratione loci autem Lubecam aut Hamburgum maximè vero Hamburgum, utpote locum & tutum, & commodum, & ob undiquaque eò commeantes nuncios, & cursores idoneum: Brunsvici urbe ideò non securam

B 2

judica-

judicatâ, quod proxima æstate tota moles belli eò locorum videretur incubitura.

Nec Francofurtum ad Viadrum belli aleæ minus censuit obnoxium, cum non exiguo copiarum Cæsareanarum in ea regione sese ostendenti numero Suecis necesse foret idoneum opponere agmen, unde futurum, ut vix firmæ aliquid securitatis ibi appareret, nec salvorum conductuum præsidio, disciplina militari usque adeò collapsa, multum esset tribuendum, quare inter eos, quoad locum & diem, pro tempore nihil ultra fuit actum.

Percunctato insuper Marchioni de ijs, qui ex parte Sueciæ ad pacis negotium essent destinati, reiterata etiam salvorum conductuum pro Commissarijs Imperatorijs ac singulorum Septemvirorum delegatis, mentione, Legatus Bielken quantum ad Sueciæ delegatos indicavit, Cancellario Regni Oxenstirnæ propriè potestatem paciscendi fuisse tributam, idque cum facultate substituendi, indeq; eum se, Stenonem Bielken, substituuisse.

Cancellario autem Regni in Sueciam evocato auctoritatem primariam ad hoc negotium sibi, cum Cancellario aulico D. Salvio, adjuncto etiam D. Steinbergio, commissum: ea tamen lege, ut Regni Cancellarius reversus denuò tractatibus auspicio suo præesset, inter eosq; principem obtineret locum.

Ratio.

Ratione salvorum conductuum, qui in usum partis quidem Sueciæ à Cæsarea Majestate forent concedendi, proposuit, suorum quatuor prædictorum nomina conjunctim posse in iis exprimi, aut eas commeatum iteras etiam indefinitè ac ita saltem concipi, ut exhibitores, earum liberi & tuti esse juberentur: expedire præerea ut earum literarum quaterna aut circiter ipsi haberent autographa.

Vicissim se ad salvos conductus pro Commissariis Cæsareis, ubi tempus postularet, & post procuratorii Cæsarei adeptionem, de die & loco conventum esset, expediendos fore paratos.

De salvis conductibus, quæ pro Septemvirorum Moguntini ac Brandenburgici, ut Senatus Septemviralis Deputatorum, cæterorumque Principum Electorum delegatis, erant postulati, Legatus ad suos se relatum recepit, addito, se nullam ea in re futuram difficultatem existimare!

Monuit porrò Legatus, alia adhuc capita præjudicialia, de quibus ante omne tractatum initium cogitandum, quæque præparatoria essent maximè necessaria, decidenda superesse: i. videlicet stylum instrumentorum procuratoriorum, quorum ita conceptam oporteret esse formulam, de iisque ante tractatum exhibitione authentici exempli ipsis fidem fieri, ut norint Reginã suã

in iis non præteritam nec se contemptim vocabulo nomen
do, Suecos, instar gentium colluviei cujusdam, indige
tari, sed Reginae ac Coronae dignitatem, quæ supremæ
potestatis Reges ac Coronas decet, servari, nec
quicquam inesse quod Reginae suæ ac Coronae summi
fastigio adversum aut dedecori sit: Alias se ulli pactio
num ineundarum rationi posse assentiri: 2. Amnestiam
universalem, cum sibi ii Imperii Ordines, ne utiquam
viderentur derelinquendi, qui Regi suo, ab ejus in Im
perii oras adventu, juncti, cunctis fortunis suis ipsi
fortunae creditis, in extremas miseriarum & egestatis ar
gustias inciderint: 3. stipendiorum militis sui exsolutio
nem, & 4. remunerationem in patriam suam, præsertim
cum Catholici satisfactionis hoc negotium à se demoli
solis Evangelicis id impositum velint, quare sibi admo
dum videri necesse, ut de his omnibus transigendis
componendis ante Tractatum universalem ingressum
conventus Evangelicorum agerentur.

Ad ista Marchio spem ipsi fecit non incertam, in
strumenta procuratoria eam conceptum iri ratione, ut
nihil in ipsis desiderandum sit futurum. De cætero,
tractatu futuro Cæsareæ Majestatis delegatis aliqui
proponeretur; quod paci piæ ac æquæ sit provehenda
ipso non defuturos, quin & id audirent, & inclyti Se
natus Septemviralis sententiam rogatam, omnibusq; mo
ment

mentis examinatis, æquos se præberent.

Conventum verò Evangelicorum Cæsaream Majestatem fortassis institutu difficilem, nec nisi ad negotiationis protelationem pertinere judicaturam, quam obrem eum rogavit, ne viam istam, tanquam rem necessario Tractatibus antemittendam, in medium venit adferre.

His Legatus locum eatenus dedit, ut hoc caput non tanquam ad summam rei omninò necessarium, ultra sibi urgendum, sed, siquidem in negotiatione, aliâ idoneâ ratione his difficultatibus remedium adhiberi queat, in antecessum non tanti momenti, quanquam decoro non absolum, arbitraretur.

Quibus sine huic congressui imposito, receptum fuit utrinque de his ad superiores relatum iri, sub hæc pacis desiderio mutuò cõtestato, rogante simul Legato, ut Cæsareæ Majestati sceptri jam initia auspicienti, ad consilia pacifica hortationes obnixæ insinuarentur, fermonibus insuper nonnullis, quæ ad parcendum Electoratu Brandenburgico peculiariter pertinebant, invicem commutatis.

Ab hoc colloquio Domum Marchio cum rediisset, extemplò Serenissimum Septemvirũ Brandenburgicũ rem omnem tum vivâ voce, tum scripto edocuit, qui illico ad diem 7. Martii de ea ad Majestatem Cæsaream
ampla

amplâ retulit perſcriptione, ejuſque arbitrio negotiū
porrò commiſit: Septemviro quoque Moguntino, n
non cæteris collegis Electoribus re communicatâ.

Marchio etiam Legatum Bielken de facta hâc relat
one certioſorem reddidit, ulteriori cõmunicatione, pol
quam Cæſareæ voluntatis declaratio inſecuta fuiſſe
literis 6. Aprilis datis promiſſa, cui Legatus viciffim,
quid actum eſſet, quò par erat, renunciâſſe, ſignificavi
ſimiliter notitiã, accepto reſponſo, ei dandã pol
citus.

Allatâ igitur ad 15. Aprilis Sereniſſimo Septemvir
Brandenburgico declaratione Imperatoris, quã Maje
ſtas ipſius non ratione loci & temporis tantũ, omni
umque reliquorum, quæ Legatus moverat capitul
mentem ſuã explicuit, ſed & Marchioni authoritatẽ
ad præparatoriorum negotium conceſſa, formulas ſiment
mul instrumentorum procurationis, quã ad tractatu
principales impartitura eſſet, ſalvorumque ſuorum
conductuum, miſit, Septemvir Marchionem de iis 16
Aprilis certioſorem fecit.

Qui 20. ejuſdem menſis Legato Bielken id ſignifica
vit, & exemplum petiit instrumenti poteſtatis ei datæ,
quod opinione Marchionis, non à Regina ſola, verum
etiam à Corona Sueciæ foret obſignatum, nec non,
quid ipſius eſſet mentis ſuper congreſſu denuò institu
endo

endo, quô & autographa recognoscerentur, & ad tra-
 ctatus ipsos de præparatorijs procederetur, cum obla-
 tione ad paria ex sua ipsius parte.

Legatus 26. mensis dicti ad ea respondens, conven-
 tum subdelegatorum præmittendum proposuit ad re-
 cognoscenda autographa, & removendos, si qui inci-
 derent, scrupulos: tunc enim, quæ de reliquo ineun-
 da esset ratio, statuendi fore occasionem.

Ad quæ Marchio, re prius cum Serenissimo Septem-
 viro Brandenburgico literis communicatâ, rescripto
 ad Legatum 6. Maij, propositum conventum ad in-
 strumentorum recognitionem, scrupulorumque inci-
 dentium remotionem habuit gratum, pro loco oppi-
 diturdis Wrietzen, Königsbergo, aut Soldino, pro die au-
 thoritatem 19. Maij nuncupatâ, monuitque iterum instru-
 las sumentum procurationis Suecicæ autoritate Coronæ
 ctatui ipsiusmet munitum se expectare, & in usum delegato-
 rum Suecicorum commeatus literas, cum à Serenissi-
 mo Septemviro, tum à Cæsareo excubiarum castren-
 sium præfecto, Comite Petro à Gotzen juxta misit, pa-
 nesque pro suis poposcit delegatis.

Verum responso ad ista suo 15. Maij Legatus cen-
 suit, subdelegatos in iplo Viadri flumine inter Ader-
 bergum & Suethum, utpote loca hinc Regijs, inde Se-
 ptemviralibus præsidijs infessa, navibus congregari de-
 bere

bere ad recognoscenda instrumenta, & cætera conficienda: petijtque diem ad 1. Junij prorogari, & subdelegatos idoneè instrui: commeatum item à Mareschallo militari Wrangelio submisit, suisque subdelegatis commeatum renovandum commonefecit.

Itaque Marchio ad Serenissimum Septemvirum Brandenburgicum ipse profectus, commeatus literas Septemviro, quia incertum erat ubi locorum Comes Götzen subsisteret, renovatas accepit, easque 25. Maii Legato misit, locum insuper & diem designatam sibi placere, suosque sufficienter instructum iri ostendens & à Legato vicissim plenam suorum instructionem ac cunctorum materiam præparatoriorum petens, quò, istà semel confectà, pronior ad caput negotij pertractandum via sterneretur.

Is ad ea nihil aliud 27. istius mensis retulit, quam subdelegatos suos ad diem locumque condictum ad futuros, uti & adfuère, & subdelegati utrinque 1. Junij in fluvio congressi, in Marchionis, utpote Commissarii Cæsarei, consiliariorum navigio (cum hi navem subdelegati Suecici, in quam eos quidem multoties invitandos curaverat, conscendere recusassent) colloquiur auspicati exinde in litore continuârunt.

In quo primitus potestatis utrinque concessæ formulæ mutuò fuerunt editæ ac perlectæ, uti sub nume

ris 1. & 2. infra subjunguntur. Et Marchionis quidem subdelegati in Instrumento Suecico hæc desideravêre.

1. Id non sigillatim ad præparatoria, sed ad totam causam conceptum.
2. In contextu Reginae Sueciæ nomen ac titulos, Cæsareæ Majestatis nomini ac titulis præponi, quod alioqui à nullo Christiani orbis Magnate adfectaretur.
3. Majestatem Imperatoriam contemptim non nisi partis adversæ vocabulo insigniri:
4. Clausulam istam (Jamque ad ineundam amicam compositionem, & restituendam pacem, & tranquillitatem publicam, pars adversa propius inclinare videatur:) duplici nomine suspectam, utpote cum hinc Cæsarea Majestas quasi infimuletur, non satis hucusque ad pacem inclinasse, inde & id subintelligi possit, ac si Majestas Imperatoria Coronæ Sueciæ pacem jam ultrò veniat oblatum: quod utrumque præter ipsius dignitatem, nec in Cæsareo Instrumento ejusmodi clausulas reperiendo esse.
5. Denique instrumento procuratorio à Tutoribus duntaxat Reginae, administratoribusque Regni, nec ab ordinibus Coronæ universim esse subscriptum, quod tamen meritò expectari, cum haud constet, utrum Coronæ ordines ijs, quæ Tutores durante Reginae minorennitate egissent ac concludissent, devinctos se censuri essent.

Ad ista subdelegatus Suecicus (ut summam recensatur) regressit. 1. Procuratoris instrumenta ad totam concipi causam apud se moris esse, ac preparatoria sponte comprehendere. 2. Ubique receptum, Coronas supremæ authoritatis in instrumentis sua præponere nomina. 3. In hostilibus utrinque actibus adhuc consisti, quare nec vocabula partis adversæ perperam posita: se tamen de eo relaturum, eorumque loco, partis alteræ voculas substitui posse. 4. Sua ex parte adhuc sic existimatum, ac etiamnum æstimari, per Cæsaream hucusque stetit Majestatem, quominus pax confecta esset: verba tamen ea non nihil posse mitigari. 5. Apud se, utpote in statu verè Monarchico, regimen Regium esse absolutum, actusque juris Majestatis, quo & hic circa pacem faciendam pertineret, penes solum esse Regem, nec hac in parte inter Regem, ac Rempublicam separata versari jura vel potestatem.

Quæ igitur Regi cum Magnatibus externis essent peracta, ijs à Corona non posse contradici, reque ad casum minorennitatis devolutâ, Tutores ac Administratores, nomine pupilli vel minorennis negotia disceptare, concludere & ijs subscribere: quorum cautioni rei que gestæ firmitati, ea quidem comitali decreto in conventibus Regni publicis rata haberi, ac confir-

confirmari. in procurationibus verò erga externos eo nō esse opus.

Ad quas replicationes, superioribus monitorum capitibus ulterius aliquantum disceptatis, tandem utrinq; ad referendum ea fuerunt suscepta, novusque dictus cōventus ad 16. Junii, cum subdelegato Suecico duodecima ejusdem mensis à Brandenburgicis quidem proposita justo brevior minusque commoda esse visa. Innuvit is præterea, Legatum non recusare quin denuo cum Marchione de hoc negotio ipse conferret, quod tractatibus haud paullo provehen dis cedere posset.

Circa procurationem Imperatoriam Marchioni impartitam, subdelegatus Suecicus, præterquam, quod in differendo obiter fecit mentionem, Reginae Sueciæ non plenos in ea tribui titulos, eamque charta papyracea tantum, non pergamena exaratam, nihil monuit, sed non nisi ut ad referendum eam susciperet, se in mandatis habere indicavit.

Cæterum petiit quidem ut formulæ procurationis Cæsareæ ad tractatus Principales exemplum ederetur, aut ante futurum novum congressum saltem per tubicinem communicaretur. Verum Marchionis subdelegatis, quod super procuratione in præparatoriis nondum convenisset, id non ex re visum fuit.

Ratione etiam loci per modum differendi id actum est,

est, ut subdelegatus Suecicus denuò urbe Hamburgo propositâ, ejus commoditates pluribus commendarit. Sed Marchionis subdelegati, ex præscripto declarationis Imperatoriæ, retulêre, urbem illam Cæsareæ Majestati nimis esse dissitam, ac præterea cum istis in partibus nullum habeat exercitum, Corona verò Sueciæ in propinquo plura præsidiis infideat loca, rationibus suis haud visum iri consentaneam, & è contra delegationem ad aulam Cæsaream rursus proposuerunt, quippe quam Regni Cancellarius, A X-ELIUS OXENSTIERNA ipse literis, quæ infra sub Num. 3. repræsentantur, Cæsareæ Majestati obtulisset: quod subdelegatus Suecicus non quidem inficiatus, de ejusmodi delegatione intelligendum esse voluit, quâ rescisciretur, ubi locorum tractatus principales essent instituendi.

Ultra hæc & literarum commeatus, quot cæforent expediendæ, nec non personarum, quibus Majestas Cæsarea munus de summa rei paciscendi esset commissura, cujus status aut dignitatis essent, item de Comitatu quem utraque pars ad tractatus principales sit ductura, denique conventus illius Ordinum Evangelicorum ad decernendum quæ satisfactio Coronæ Sueciæ esset retribuenda an etiam

in

in disceptatione principaliori sociorum & adhærentium ratio foret habenda, tum utrum Cæsarea Majestas & cum Galliarum Rege negotiationem vellet initam, ejusque causam simul tractatibus introductam, à subdelegato Suecico mentio fuit facta.

Contra Marchio, quoad Comitatum, quem subdelegatus Suecicus ad ducentos, trecentosve aut circiter equites definiverat, quæ par erat monuit, at reliqua ad principaliores tractatum pertinere, in eoque decidi posse. Itaque capita ea ad referendum duntaxat fuerunt accepta, ac in relatione exactè enarrata.

De his Marchio certior factus, & cum Serenissimo Septemviro communicatione habita continuò ad Cæsaream Majestatem 6. Junii retulit, ipsius arbitrio relinquens, quid ultra statuere ac mandare visum foret. Interea tamen diem 16. Junii iterando conventui ratam habuit, ac eadem jam dicta die, 6. nempe Junii subdelegatos suos novis mandatis ampliter perscriptis, super omnibus capitibus nuper propositis, instruxit, idque Legato Bielken per tubicinem literis significavit, misso juxta comineatu renovato à Serenissimo Septemviro in usum subdelegatos

legatorum Suecicorum, vicissimque pari comiteatu Legati petito.

Verum tubicen, dies aliquot Stetini commoratus, ea vice, ob adversam Legati valetudinē 12. Junii, cum reditarum literarum documento tantum, quo Marchioni de mittendo per tubicinem, ubi Legatus reconvaluisset, responso spes fiebat, remissus est.

Responsum postea subsecutum ac 24. Junii datum hujus fuit argumēti, ut Legatus monitis ad procuratoriū suum eadem ratione, quā in congressu à subdelegato factum erat, explicatis, hoc adderet, præsentī Coronæ Sueciæ regimini id authoritatis esse collatum, ut omnia ea quæ nomine Regiæ Majestatis ab ipso fuerint gesta, eadem sint firmitate, ac si à Rege majorenni peracta essent: ideoque nunc temporis non magis Ordinum subscriptionem ac ratihabitionem requiri posse, quam superstitute Rege postulari potuisset.

Deinde circa instrumentum procuratorium Cæsareum sub Num. 1. inferius exhibitum, notavit Regiæ nomen Septemvirali postpositum, neque eam tituli honore eo, qui par erat, aliisque supremæ notæ Principibus tribui soleat, insigniri: tū procuratorium ad locum duntaxat & diem, non verò ad cætera etiam præparatoria, ut de procuratoriis ad principale negotium conventionem, salvos conductus, & id genus alia, pertinere: denique

denique voculas quasdam in eo reperiri, qui partim ambiguum, partim præjudicialem sensum generare possent.

Pro tertio, quoad locum declaravit, se nulli alij loco quam urbibus Lubecæ aut Hamburgo ad paciscendi negotium assentiri in mandatis habere: proinde sibi stare sententiam, siquidem Marchio, quæ monuisset, missa vellet facere, ac ratione loci Hamburgum aut Lubecam habere gratam, Cæsareum item procuratorium ad tractatus principales sibi prius transmitteret, sique spem foveret, super præparatorijs conventum iri: eo casu, sique procuratorium Cæsareum sibi videretur idoneum, & se sua omisurum notata, & ad ulteriora actionis, absque tamen Reginae ac Coronæ præjudicio, citraque omnem consequentiam, ac sub spe, quæ ipsi sua ex parte monenda haberent, in tractatibus principalibus decenti modo iri correctum, progressurum, eamque aut mittendis denuò ultro citroq; subdelegatis, aut literarum commercio procuraturum, Sin minus, se non videre quid utilitatis negotiatio ulterior adferre possit, sed de omnibus ad superiores suos sibi fore referendum, ac ulteriora mandata expectanda.

Ad has literas Marchio eadem, quâ acceperat die, 10. nempe Junij respondit, se quidem sperasse, Legatum

D

ob ea,

ob ea, quæ in literis suis memoraverat capita, repetitionem congressus subdelegatorum non fuisse tracturum, utpote in quo de utriusque partis desiderijs quam commodissimè potuisset dispici, eaque sigillatim explanari, ac quâ opus, dilui, cum jam adeò carptim generatimque tantummodo indigitarentur, ut vix solidæ quid declarationis ad ea reponi posset, tractatibus verò multum inijceretur moræ.

Neque sibi liquere, quo pacto super istis capitibus aliquid obligatoriè declarare sibi integrum sit. Ut enim, in ijs quæ suo nomine essent monita, sperati procliviorum non nihil se præbendi forte non desit facultas: Suæ tamen potestatis non esse, ut in clausulam eam, quâ Cæsarea Majestas non satis pacificam præ se tulisse inclinationem arguitur, consentiat, nedum ut procuratorij ab ipsis Coronæ Sueciæ ordinibus expediendi momentum remittat, quippe Majestatem Cæsaream sic existimaturam, sibi vel ante tractatum initium certâ esse opus notitiâ, quousque Tutorum acta Coronæ sint futura obligatoria, ne frustra tractasse videatur, neu decreta postmodum ab ordinibus Coronæ impugnentur, cui rei præcavendæ vix aliam apparere rationem, quam si unâ cum Tutorum procuratorio & ordinum literæ potestatis exhibeantur.

Scrupulos proinde suos se non ea facilitate omittere posse,

posse, nec in utrum locorum, Lubecam Hamburgum-
ve nominatim consentire: vereri etiam, quod si ulte-
riori conventui & actioni nō alia definiatur via, quam
amborum istorum capitum decisio necessariō præmit-
tenda, ut & Cæsarea Majestas usque adeō legem sibi ve-
lit dictam, potius æstimatura, hac ratione non nisi ne-
gotiationem studiō protractam quæri.

Procuracionis autem ad causam principalem, litera-
rumq; commeatus formulas conceptas sibi esse ad
manus, neq; in ijs exhibendis quicquam fore difficul-
tatis, modō circa procuraciones, super præparatorijs, ra-
tioneq; loci & temporis prius mutuō sit conventum:
easque ita esse informatas, ut nihil defectus in ijs de-
prehendendum sit.

Quod ad Suecica circa procuratorium Cæsareum
notata, se non intelligere quidnam in eo Legatus sensu
esse ambiguo aut præjudiciali arbitrari queat, uti nec
ab ipso expressum sit: nec Regium Septemvirali post-
positum nomen sibi occurrere, cum eorum uno con-
textu nulla ejusmodi fiat mentio, ut alterum alteri præ-
positum videri possit: Præterea ex Legibus imperij no-
tum esse, quibus Electores quoad dignitatem æqui-
parentur.

Sed nec comminisci se posse quis sit ille titulorum
honos, qui supremi fastigij Magnatibus tribui solitus

Reginæ Sueciæ non esset delatus : nisi fortè Legatus prædicatum Potentissimi innuat, quo Reges quidem mutuò se appellant, Imperatoribus autem Reges eo insignire nõ est solemne. E diverso Procuratorium Suecicum, contra Stylum omnium cæterorum Christiani orbis Regum, Cæsari prædicatum Cæsareæ tantum Serenitatis, non Majestatis, dare, quod utiq; Imperatori acceptu foret grave.

Denique Marchionis declaratio citra hos constitit limites, ad Cæsaream Majestatem de omnibus actis relatum iri (quod & confestim eo ipso die factum.) Sed cum Cæsarea Majestas forsitan quid ad notata ex sua parte profecta Regiæ Sueciæ esset mentis, & consilij, sic expectatura, Legato innuit, se ab eo decreti Suecici, ubi advenisset, certiolem primo quoque tempore fieri posse, nec se defuturum, quominus porro quo par esset, perscriberet, suoque fungeretur officio : Interim non videre, quid operæ literis aut conventibus negotio ultra navare possit.

Res itaque hæc universa in relationum ad Sacram Cæsaream Majestatem, Majestatem item Regiam Sueciæ præscriptarum, ac declarationum, quæ utrinq; subsequaturæ sint, cardine versatur, tractatibus medio isto tempore abruptis.

SEQUUNTUR INSTRUMENTA
quorum in superioribus fit mentio.

NUM. I.

*Literæ potestatis, à Sacra Cæsarea Majestate Illustrissimo
Domino Marchioni SIGISMUNDO Bran-
denburgico, ad præparatoria tractatum indultæ.*

NOS FERDINANDUS III. Dei gratia,
electus Romanorum Imperator, semper Augu-
stus, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatię
Croatia, Sclavoniæ, &c. Rex, Archidux Austria, Dux
Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, ac Wurtēber-
gæ, Comes Tyrolis, &c. testamur publicè hisce literis,
omnibusq; notum facimus. Cum ex obitu Serenissimi
quondam Principis ac Domini, Domini FERDI-
NANDI II. Romanorum Imperatoris, dilectissimi
nostri Domini ac genitoris, beatissimæ memoriæ, ad-
ministratio ac regimen Imperii ad nos sit devolutum,
neque nobis quid optatius, quam Sacrum Romanum
Imperium omnesq; ad id pertinentes Electores, Prin-
cipes, Ordines, in securam locatos pacem, & à cuncta
ulteriori sanguinis effusione, ac populorum devastatio-
ne assertos esse, simulque ex Sereno ac Illustrissimo

D 3

GE-

SE-

GEORGIO WILHELMO, Marchione Brandenburgico, Stetini, Pomeraniæ, Cassubiorum ac Vandalorum Duce, Burggravio Norimbergensi, Rugiæ Principe, Sacri Romani Imperii Archicamerario, dilecto nostro cognato ac Electore, intellexerimus, serenæ Principis, Dominae CHRISTINÆ Suecorum, Gothorum, ac Vandalorum Reginae, Coronæ Sueciæ Legatum, Stenonem Bielken, Liberum Baroniem, innuisse, quod si procuratorium nostrum ratione præliminarium super loco & tempore concederemus ex illa parte ne minimam quidem difficultatem animi adversum iri.

Igitur ad peragēda præliminaria; ratione loci & temporis, Illustrissimo SIGISMUNDO, Marchioni Brandenburgico, Stetini, Pomeraniæ, Cassubiorum ac Vandalorum Duci, Burggravio Norimbergensi, & Rugiæ Principi, dilecto nostro cognato ac Principi, plenam potestatem ac auctoritatem contulimus, idemque hiſce facimus, ac ei conferimus Cæsaream nostram auctoritatem ac plenam potestatem, in optima forma, quâ juris consuetudinisve ratione solemnissima ac firmissima potest, ita ut Dilectio ipsius nostro nomine & ex nostra persona cum præmemorato Reginae ac Coronæ Sueciæ Legato, Stenone Bielken, sive qui alio nomine Reginae ac Coronæ Sueciæ ad eam rem habi-

turus

ne Brurus est potestatem, super præliminaribus illis ratione
 ac Vocaci ac temporis, negotiari ac concludere possit. Spon-
 Rugilemus insuper ac recipimus hisce, cuncta ea quæ Dile-
 o, ditio ipsius hîc in præliminaribus dictis, super loco &
 is, sempore egerit atque concluderit, non solum habere
 Sueccata, sed etiam firmiter ac inviolabiliter observare: Cle-
 næquenter & absque fraude. Sub fide hujus diplomatis
 a Bardigillo nostro Cæsareo obsignati. Quod dabatur in
 ratione urbe nostra Vienna, ad 15. Aprilis, anni 1637. Imperii
 remuignorumque nostrorum, Romani primo, Hungarici
 animuodecimo, Bohemici decimo.

FERDINANDUS

L.S.

Vt.

Petrus Henricus à Stralendorf.

Ad mandatum Sacræ Cæsareæ
 Majest. proprium.

Johannes Soldner.

NUM.

z tem
 chion
 orum
 nsi, &
 incipit
 idem
 ostant
 orma
 ac fir
 aine &
 c Co
 ni aliud
 habi
 turus



N U M. II.

*Instrumentum procuratorium Domino STENO N
BIE LKEN ad totam causam concessum, uti à sub
delegato ejus fuit exhibitum.*

NOS CHRISTINA, Dei gratiâ, Suecorum
Gothorum, Wandalorumque designata Regi prop
na, & Princeps hæreditaria, Magna Princepsit, qu
Finlandiæ, Ducissa Esthoniæ & Careliæ, Ingriæqu prom
Domina, &c. universis & singulis, quorum interest, auman
quomodo libet interesse potest, notum testatumquvigor
facimus; Postquam ab aliquo jam tempore, primunNost
inter Divum parentem nostrum, Serenissimum ac Poranic
tentissimum Principem, Dominum Gustavum Adoldilec
phum, Suecorum, Gothorum, Wandalorumq; RegemEiqu
Magnum Principem Finlandiæ, Ducem Esthoniæ, & buim
Careliæ, Ingriæq; Dominum, &c. (piæ ac gloriosissimajus t
recordationis.) Deinde etiam inter nos Regnumque accep
Sueciæ, sociosque nostros ab una parte: & Serenissimūrem
ac Potentissimum Principem, Dominum Ferdinandūtent
secundum, Romanorum Electum Imperatorem, Ger re po
mania, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ & suos
Slavoniæ Regem, Archiducem Austriæ, Ducem Bur ditio
gundiæ, Stiria, Carinthiæ, Carniola & Wurtembergæ,
Comi

Comitem Habsburgi & Tyrolis, &c. Ejusque Confœderatos & Adhærentes ab alterâ parte, non sine multâ sanguinis Christiani profusione, & multarum Germaniæ Provinciârum desolatione, armis satis vehementer sit decertatum. Jamque ad ineundam amicam compositionem, & restituendam pacem & tranquillitatem publicam pars adversa propius inclinare videatur: Nos sicuti hunc semper armorum nostrorum scopum Regi propositum habuimus; ita nequid à parte nostra deincepsit, quod ad tam salutare negotium adprehendendum promovendumque pertinere ullo modo poterit: Inest, aut mandatis propterea dedimus ac commisimus, sicuti & in vigore harum in mandatis damus ac committimus, Nostro Regni que nostri Senatori, & ad aulam Pome- ac Poranicâ legato ordinario, illustri Nobis sincerè fidei, & Adoleto Dn. Stenoni Bielke L. Baroni in Krakerum, &c. Eique plenam ac tantæ rei sufficientem potestatem tribuimus, ut si aliqua occasio, cum Cæsarea Serenitate cœlius tractandi offeratur, eam nomine nostro decenter acceptet, & cum ijs, quos Cæsarea Serenitas sua ad hanc rem legitimis ac sufficientibus mandatis ac Plenipotentia instructos constituit, aut imposterum constitue- re poterit, Commissarijs vel ipse, vel per subdelegatos suos congregiatur, tractet, agat, ac statuât, de vijs, ac cõ- ditionibus omnibus quibus propositus utrinque sco-

E

pus,

pus, amicitiae nimirum ac pacis redintegratio, obtineri ac stabiliri possit. Quicquid igitur dictus Legatus noster, cum adversae partis Commissarijs, aut eorum subdelegatis in hunc finem, sive per se, sive per suos subdelegatos tractaverit, egerit, ac statuerit, id Nos omni meliore modo ratum gratumque habituros, vigore harum Regiâ ac inviolabili fide promittimus: in quorum fidem roburque praesentes manu Tutorum nostrorum ac Regni Suecicae Admistratorum subscriptas, Sigillo nostro Regio muniri jussimus. Dabantur in Regia nostra Stockholmensi, die trigesima mensis Januarij, Anni supra Millesimum sexcentesimo trigesimo septimi.

Gabriel Oxenstierna
Gustavi.
R. S. Archidapifer.

Jacobus de la Garde.
R. S. Mareſchallus.

Carolus Guldenhelm.
Regni Ammiralius.

Axelius Oxenstierna, R. S.
Cancellarius.

Gabriel Oxenstierna, L. B. in
Moerby & Lindholmen.
R. S. Thesaurarius, &c,

NUM.

NUM. III.

Litteræ à Regni Sueciæ Cancellario, Oxenstierna, ad Cæsarem FERDINANDVM II. gloriosissime memoria, super delegatione ad aulam Imperatoriam, Magdeburgo. 17. Septembris anni 1637. scriptæ.

Serenissime, potentissime, & invictissime Imperator, Domine, &c.

Postquam bello hæctenus in Imperio gesto, Sacra Cæs. Majest. Vestra. & pleriq; Status Imperij (quorū causa potissimū acta est) finem imponere compositis litibus & reductâ pace voluerunt; Sacra Regia Majest. Sueciæ, &c. Domina mea Clementissima, Ejusque Majest. nomine Regni Administratores, mihi vices suas per Germaniam atque exercitus obeunti, in mandatis dedere, ut si Sacram Cæsaream Majest. Vestram ad restabiliendam veterem amicitiam cum Regina, Regnoque Sueciæ inclinantem viderem, non refragarer, neque Imperium diuturniore motu agitatum implicatumque tenerem, sed pacare eas tempestates justis ac decoris cōditionib⁹ oblatâ occasione conarer. Non desunt rationes, quæ me dehortentur, quo minus hæc Sacr. Cæs. Majest. Vestræ cum debitâ veneratione

E 2

per-

perscribam, neque media, vel amici, quorum vi, atque auxilio continuari bellum ac trahi possit: Verum laudata & deprædicata Sac. Cæs. Majest. Vestræ in illo summo fastigio collocatæ humanitas, ac tranquillandi Imperij studium, tum quod major laus sit, servati civis, & orbi quietem dedisse, quam plurimum hostium caesorum, & maximas reportasse victorias: Id mihi indidere confidentiæ, ut Sacræ Cæs. Majest. Vestræ nomine Sac. Reg. Majest. Dominæ meæ, Regnique Sueciæ, pacis amicitiaque tractatus offerre non detrectarem.

Serenissimus quidem Elector Saxoniae præ se tulit, ac si ad tractatus pacis ineundæ nomine Majest. Vestræ inclinaret. Verum cum partium hætenus fuerit nostrarum, neque mihi constet, quo usque Sac. Cæs. Majest. Vestra teneri velit Celsitudinis suæ promissum: tum quod Celsitudo sua in literis suis mecum commutatis non obscure innuat, nihil se, nisi ex Jussu Majest. Vestræ agere posse, atque ideo neque ipsa justas condiciones proponat, neque æquissimis postulatis meis annuere possit, visum mihi est tranquillati Imperij honorem Majest. Vestræ potius quam cuiquam alteri humillimè deferre. Est nunc in potestate atque optione Sac. Cæs. Majest. Vestræ id eligere quod judicaverit esse è re sua; An necessitatem nobis imponere velit, belli continuandi, ejusque incendij quod fieri potest

potest alendi: An verò hanc occasionem oblatam arripere, id quod ardet, restinguendi, veteremque amicitiam inter se, Serenissimamque Domum suam, & Sac. Regiam Majest. Regnumque Sueciæ resuscitandi stabilindique? Illud si placuerit oportet ut declaratione Majest. Vestræ contenti simus. Sin pax & tranquillitas Imperij, vicinique orbis Sac. Cæs. Majest. Vestræ arriserit, gratumque habuerit, si quos eâ de causa, nomine Sac. Reg. Majest. Dominæ meæ, ad Majestatem Vestram ablegârim, Eisque saluum conductum, de tuto itinere Viennam versus, redituque ad nos dare, mihi que transmittendum jubere velit, expediturus sum illico ad Sac. Cæs. Majestatem Vestram Illust. Magnificum, & Nobilem Sac. Reg. Majestatis Consiliarium Secretiorem, & Thesaurarium per Germaniam, nec non Secretarium Status & ordinarium in Inferiori Saxonia; Dominum Christophorum Carolum, Comitem de Brandenstein, & Laurentium Grubbe de Nabben, Eisque vi acceptæ potestatis commissurus, ut de cunctis transfigant, minimè dubitans, quin Divina benignitas, quæ regit Principum pectora, cuncta consilia ita sit directura, ut sopitis controversijs alma pax, & vetus amicitia reflorescere queat: Cujus felicitatis si Imperium ac Vicinus orbis participes redditi fuerint opera Sac. Cæs. Majestatis Vestræ habebunt quod de prædicent

cent in perpetuum, atque Ego, non modo id, quod est
in me, eò studiosè contribuam, sed erit mihi exinde
occafio contestandi atque opere ipfo declarandi,
quod cupiam esse & manere,

Sacr. Cæsar. Majest. Vestræ

*Humillimus & obsequentissimus
servitor*

AXELIUS OXENSTIRN, &c

Magdeburgi 17. Septembr. Anno 1635.

ACTORUM IN NEGOTIO PACIS

Suecicæ à mense Julio 1637. continuata
narratio.

ET si negotiatio pacificationis in præparatorijs, ut
supra fuit memoratum, prorsus videbatur interce-
ssa, dum ab ulteriori utrinque voluntatum decla-
ratione penderet:

Tamen allato paulò post Sacræ Cæsareæ Majesta-
tis ad relationes ante perscriptas responso, & quidem
tali, ut Illustrissimus Marchio SIGSMUNDUS
Brandenburgicus sufficienti ad negotium præparato-
riorum conficiendum potestate instructus videretur

jamqu

jamque ad novos perveniri posse cōventus dummodo
 & Legatus Sueciæ ampliora, & quæ res exigeret, accepis-
 set mandata: Marchio Legatum 19. Julij 1637. literis
 ea de re certiore fecit, simulque quò congressus, qui
 expectabatur, super procuratoriis minus haberet dis-
 ceptionum, ostendit:

1. Cæsaream Majestatem clausulam illam *S. ad inveni-*
dam, &c. quâ utique Majestas Cæsarea sive Divus ejus
 parens ad pacem huc usque non satis propendisse in-
 cusetur, haud esse accepturam. 2. Cæsarem advertis-
 se procuratorium Suecicum de Divo ipsius patre tan-
 tum loqui, quod eo, postquam instrumentum fuisset
 datum, defuncto, jam mutandum & ad evitandam
 nullitatem, in hanc quæ rerum in præsentia potitur,
 Majestatem Cæsaream esse dirigendum. 3. Cæsarem
 prædicatum illud, *Cæsareæ Serenitatis*, non admissurum,
 sed epithetum Cæsareæ Majestatis postulaturum, ut-
 pote sibi ab omnibus Regibus ac Magnatibus ab omni
 tempore adhuc usque, nominatim etiam à Sueciæ Re-
 gibus delatum, cujus rei plurium autographorum in
 Registratura Cæsarea asservatorum existent testimo-
 nia, neque de ullo in contrarium constare exemplo, ex-
 tra epistolam unam ultimò defuncti Regis GUSTA-
 VI, in qua Serenitatis Cæsareæ vocabula haberen-
 tur, cui ob id ipsum non fuerit responsum, atque adeò
 ipsa

ipsa prorsus fuisset retromissa, nisi dies datarum literarum remotior, & sera earum redditio obstitisset. Quare Marchio à Legato, ut capita ea notata sedulò moneret emendanda, petijt, simulque formulam quandam procuratorij Suecici paululum immutatam, uti infra Num. 4. est videre, misit.

Injecta 4. fuit iterum urbis Francofurti ad Viadrum mentio, natione loci tractatibus principalioribus destinandi, utque ij, quoad ejus fieri possit, proximo mense Augusto, auspicerentur.

Monitum etiam 5. de comitatu, ne ad diffidentiam non necessariam, ac regionis loco tractatum circum finitimæ damna nimis extenderetur.

Præcipuè verò. 6. commemoratum fuit denuò, quum necesse esset, ut saltem ad futurum de summa tractatum Procuratorium ab ipsa Sueciæ Corona non deesset: idque propterea, quod Cæsaream Majestatem utique satis oporteret esse certam ac securam, ea quæ ad Tutorum procuratorium egisset, ac conclusisset, etiam à Corona Sueciæ rata habitum iri: cui rei, cum Cæsareæ Majestati non liqueat, quatenus Tutores, in regimine suo ac administratione, à Corona sint auctoritate muniti, ægrè aliam reperiri posse rationem, ac vel procuratorium Regium simul à Coronæ ordinibus subsignaretur, vel peculiare ab ijs procuratorium, vel a-

liud

liud saltem instrumentum ederetur, quod Cæsaream
 Quare Majestatem circa Tutorum authoritatem, & ab iis hac
 oneret in parte actorum firmitatem præstaret securam.

Quamobrem Legatum Marchio rogavit, ut & hujus
 desiderii rationem eum in modum referret, quò ei con-
 fuleretur, atque hâc via cuncta ea, quæ futuros congres-
 sus poterant steriles reddere, aut tractatus principales
 remorari, maturè tollerentur è medio: denique respon-
 sum ad ista à Legati superioribus sibi quantocyus cõ-
 municandum monuit.

Cumque sub id temporis dies Regiis in Polonia
 nuptiis dicta instaret, quibus Marchio nomine Serenif-
 simi Septemviri Brandenburgici interesse rogatus erat,
 ne absentia sua tractatibus injiceret remoram, certos
 nuncupavit subdelegatos, procuratorio sufficienti mu-
 nitos, idque Legato 24. Julij literis significavit, suis quâ
 colloquendi, quâ scripto communicandi ampla esse
 mandata, innuendo.

Quas literas in aula Electorali eo consilio relique-
 rat, ut simulatque responsum ad suas 19. Julii datas al-
 latum esset, Stetinum mitterentur.

Adfuit tandem 31. Julii Legati responsio 25. & adne-
 xio 27. Julii data, quarum, quoad res ipsas, hæc erat sum-
 ma, ut Legatus maximè ostenderet quàm plurimis, ul-
 teriorum hucusque congressuum dilationibus sibi

neutiquam Tractatum morandorum, sed potius e
 ipso provehendorum fuisse consilium, quia omnia
 prius expetiisset decisa, quæ conventibus futuris inan
 exitus, cum multis aliis vitis ac incommodis procrea
 potuissent.

Ratione etiam loci tractatum addidit, se non sc
 pisse in nullum alium locum, quam Hamburgu
 duntaxat aut Lubecam, consensum iri: Sed hoc tantu
 innuisse, se de nullo alio in mandatis habere, ac pro
 de superiorum voluntatem sibi esse exquirendam
 De cætero, I. iterum monuit, communicatione
 formularum procuratoriorum ad causam principalem
 literarumq; com meatu ante Tractatum initium, val
 negotio futuram maturando.

II. Notata ad procuratorium Cæsareum aliquan
 dilucidius sic designavit: 1. Septemviri sanè Brande
 burgici prius, quam Reginae Sueciæ fieri mentionem,
 Reginae non nisi *Serenæ* non verò *Serenissimæ* epit
 tum tribui, quod tamen omnibus supremi culmi
 Regibus ab Imperatoria Majestate deferatur.
 prædicato autem *Potentissimi* se non cogitasse, qua
 quam, quod ipse sciret, & id à Majestate Cæsar
 aliis quibusdam Regibus dari assoleat. 3. Procurat
 rium Cæsareum ad locum duntaxat & tempus
 ad cuncta præparatoria directum esse. 4. Vocula

Hic, esse ambiguum, & eo accipi posse sensu ac si con-
 clusionem Viennæ, ubi procuratorium fuit datum,
 fieri oporteret: 4. Cæsaream Majestatem hac uti
 voculâ, ut ea, quæ forent acta ac conclusa, se *cle-*
menter rata habituram dicat, quam vocem, *clementer*,
 respectu Commissariorum Cæsareorum quidem haud
 impugnari, at respectu Reginae Sueciæ non posse ad-
 mitti, quæ neminis aliis, quam DEI, agnoscat
 clementiam.

III. Præterea, ac pro tertio, de monitis, quæ circa
 suum procuratorium antehac fuerant allata, nonnihil
 addidit, 1. existimans clausulam, *propius ad pacem, &c.*
 aliquantum mutari posse: 2. deinde non dubitavit,
 quin Regina Cæsareæ Majestati prædicatum illud haud
 sit denegatura, quod ei alii summi sceptri Reges, Cæsa-
 reæ Majestati & Imperio aliquo fidei respectu non de-
 vincti, aut singulari cuidam styli observationi ex pecu-
 liari quapiam causa non addicti, tribuerent. 3. Quoad
 procuratorii etiam ab Ordinibus Coronæ subsignatio-
 nem, eam formæ Regiminis Suecici, Legibusq; funda-
 mentalibus, & moribus, antiquitus receptis cōtrariam,
 aut saltem insolentem ac plane novam judicavit: re ta-
 men omni superiorum suorum arbitrio commissâ, ac
 exactâ in posterum quoque, ceu hætenus fecisset, ad
 suos relatione, nec non quid allatum foret responsi
 prompta

prompta significatione promissâ: & sancta serii suorum
superiorum ad reducendam æquam pacem animi con-
teltatione subjunctâ.

Postremo formulam procuratorii ad causam prin-
cipalem, ut à Cæsarea Majestate id edi & à superioribus
suis admitti posse censebat, eam transmisit quæ infra
Num. V. est addita.

In qua quidem conceptione primo statim aspectu
animadversæ fuerunt clausulæ quædam cum in verbis
tum in re ipsa tales, ut Cæsarea Majestas eas vix editur
videretur, quippe cum Rex & Regina epitheto potent-
tissimorum insignirentur, nec sub prædicato solemn-
Dilectionis sed Regiæ Dignitatis, indigetarentur, quod
Imperatoribus erga Reges in more non est: formula e-
tiam præterea sic loqueretur, ac si Cæsarei Commissarii
priors conditionibus pacis proponendis esse deberent
quæq; id genus sunt alia.

Sed ad ea pro tempore respondere è re non fuit judi-
catum: verum omnia Legati monita, cum formula pro-
curatorii ab eo suggesta, confestim Cæsareæ Majestati
fuerunt transmissa, & ne Legatus ejus rei esset nescius,
Iohannes Nicodemi ab Ahausen, cujus ut subdelegatus
operâ nuper fuerat usus, ab uno ex Marchionis subde-
legatis de ea certior fuit factus, & missæ unâ literæ su-
pramemoratæ à Marchione ad 24. Julij scriptæ. Ita ut

negotii

negotii status super præparatoriis adhuc in expectan-
dis ulterioribus voluntatum declarationibus summo-
rum utrinque principalium hæreat.

SEQUUNTUR INSTRUMENTA
in præcedentibus citata.

N U M. IV.

*Instrumentum procuratorium Sueticum, uti ab Illustrissi-
mo Marchione parumper fuit immutatum.*

NOS CHRISTINA, Dei gratiâ, Suecorum,
Gothorum, Wandalorumque designata Regi-
na, Magna Princeps Finladiæ, Ducissa Esthoniæ
& Careliæ, Ingriæque Domina, universis & singulis,
quorum interest, aut quomodo libet interesse potest,
notum testatumque facimus, postquam ab aliquo tem-
pore, primum inter Divum parentum nostrum Sere-
nissimum ac Potentissimum Principem, Dominum
GUSTAVUM ADOLPHUM, Suecorum,
Gothorum, Wandalorumque Regem, Magnum Prin-
cipem Finlandiæ, Ducem Esthoniæ & Careliæ Ingriæ-
que Dominum (piæ & gloriosissimæ recordationis) de-
inde etiam inter Nos Regnumque Sueciæ, sociosq; no-
stros,

stros, ab una parte, & etiam quondam Divum Serenissimum ac Potentissimum Principem, Dominum FERDINANDVM SECVNDVM, Romanorum Electum Imperatorem, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatia, & Slavoniæ Regem, Archiducem Austriæ, Ducem Burgundiæ, Stiria, Carinthiæ, Carniolæ & Wyrtembergæ, Comitem Habsburgi & Tirolis, &c. Pientissimæ ac gloriosissimæ memoriæ, & modernum ipsius in Imperio Romano successorum, Serenissimum ac Potentissimum Principem, Dominum FERDINANDVM III. Romanorum Electum Imperatorem, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatia & Slavoniæ Regem, Archiducem Austriæ, Ducem Burgundiæ, Stiria, Carinthiæ, Carniolæ & Wurtembergæ, Comitē Habsburgi & Tirolis, &c. eorumq; confœderatos & Adhærentes, ab altera parte, nõ sine multa sanguinis Christiani profusione, & multarum Germaniæ Provinciarum desolatione, armis satis vehementer sit decertatum: Nos vero hunc semper armorum nostrorum scopum propositum habuerimus, ut pax secura, vera amicitia, & bona vicinitas; inter Romanum Imperium, Regnumq; nostrum Suetiæ fulciri & stabiliri possit: Ita ne quid à parte nostra desit, quod ad tam salutare negotium adprehendendum promovendumq; pertinere ullo modo possit: In mandatis propterea dedimus

dimus & commisimus, sicuti & vigore harum in mandatis damus & committimus nostro Regniq; nostri Senatori, & ad aulam Pomeranicam Legato ordinario, Illustri nobis sincerè fideli & dilecto Domino Stenoni Bielke Liber. Bar. in Krackerum, &c. Ei q; plenā ac tantæ rei sufficientem potestatem tribuimus, ut si aliqua occasio cum prælibata moderna Sac. Cæsar. Majest. Eius tractandi offeratur, eam nostro nomine decenter accipiet, & cum iis, quos præta Sac. Cæs. Maj. ad hanc rem legitimis & sufficientibus mandatis ac Plenipotencia instructos constituit, aut imposterum constituere poterit, Commissariis, vel ipse, vel per subdelegatos suos congregiatur, tractet, agat, ac statuatur, de viis, mediis, ac conditionibus omnibus, quibus propositus utrinque scopus, amicitia nimirum ac pacis redintegratio, obtineri ac stabiliri possit.

Quicquid igitur dictus Legatus noster cum præfata Sac. Cæsar. Majest. Commissariis, vel eorum subdelegatis in hunc finem, sive per se, sive per suos subdelegatos tractaverit, egerit, ac statuerit, id nos omni meliori modo, ratum gratumq; habituros, vigore harum Regiâ ac inviolabili fide promittimus. In quorum fidē roburque præsentis, manu Tutorum nostrorum ac Regni Sueciæ Administratorum subscriptas, Sigillo nostro Regio muniri iussimus. Dabantur in Regia nostra
Stock-

Stockholmensi, die prima mensis Martij, Anni super
Millesimum sexcentesimo trigesimo septimo, &c.

N U M. V.

*Formula procuratorij (Caesarei, uti Legatus Steno Bielken
eam edendam proposuit.*

NOS FERDINANDUS III. (cum toto
titulo) Testatum notumque facimus: Postea-
quam inter nos, una cum Ordinibus Catholicis
Sacri Romani Imperii ex una, & primùm quidem Se-
renissimum quondam ac potentissimum Principem
ac Dominum, Domium GUSTAVUM ADOL-
PHVM, Suecorum, Gothorum ac Vandalorum Re-
gem, Magnum Principem Finlandiæ, Ducem Esthoniæ
& Careliæ, Dominum Ingriæ, &c. ab obitu autem Re-
giæ ipsius Dignitatis, ejus filiam ac hæredem, Serenissi-
mam itidem ac potentissimam Principem ac Domi-
nam, Dominam CHRISTINAM, Suecorum,
Gothorum, ac Vandalorum Reginam designatam ac
Principem hæreditariam, Magnam Principem
Finlandiæ, Ducem Esthoniæ ac Careliæ, Dominam
Ingriæ &c. una cum Corona Sueciæ & ipsius adhæren-
tibus, ex altera parte, ab aliquam multo tempore, ma-
gna

gna discordia & cruentum intercessit bellum: nobis
 autem nihil est optatius, uti nec de præmemorata Re-
 ginæ ac Coronæ mente aliter nobis fuit asseveratum,
 quam & eam inclinare eò, ut omnes hæ diffensiones
 maturè è medio tollantur, bellum damnosissimum æ-
 quis conditionibus assopiatur, ac pristina amicitia, &
 bona vicinitas restauretur ac colatur. Idcirco nostros
 ac nostrorum adhærentium commissarios plenariè in-
 structos nuncupavimus, quemadmodum hisce & vigo-
 re harum nuncupamus, ac plenâ munimus ad id au-
 thoritate ac potestate, nostrum ac Sacri Imperii N. N.
 N. N. ut cum Regiæ Dignit. & Coronæ Sueciæ huic
 rei creatis & potestate instructis Commissariis congre-
 dianur, rationes ac vias tollendo huic malo proponant,
 è diverso easdem ex ipsis intelligant, super iis cum illis
 conferant, tandemque honestam pacem pacifcantur &
 concludant: Et ubi ipsis fuerit visum, hæc per subdele-
 gatos tractari & definiri, eis item plenariam concedi-
 mus auctoritatem & potestatem, alios subdelegandi, ac
 suam in vicem substituendi. Quæcunque igitur dicti
 nostri Commissarii ad subdelegati cum altera parte,
 ipsiusque adhærentibus de pace, induciis, aut quæ ad ea
 pertinent, tractabunt, pacifcentur & concludent: ea o-
 mnia vi & vigore harum pro nobis & adhærentibus
 nostris, omni meliori modo grata ac rata habebimus:

G

Sicque

Siq; ulterior & amplior quædam potestas quam hisce
continetur, ipsis necesse sit, eam quoq; meliori juris for-
ma hisce eis largitam volumus. In quorum fidem, &c.

CONTINUATIO NARRATIO-
NIS gestorum in negotio pacis Suecicæ
à mense Augusto usque ad exitum
ANNI 1637.

IN relatione superiori actorum à mense Julio, memo-
ratum fuit de responsione ejusq; appendice à Regio
Sueciæ Legato Stenone Bielken, ad Illustrissimum
Marchionem SIGISMUNDUM Brandenburgicum,
sub ejus protectionem ad nuptias in Polonia
Regias, 25. & 27. Julii datis, quæq; iterum circa procura-
torium Cæsareum desideraverit capita, quam iterum
ejus concipiendi formulam subministraverit, eaque o-
mnia quàm potuit citissimè ad Sacram Cæsaream Ma-
jestatem fuisse transmissa.

Responsio igitur ad ista Cæsareæ Majestatis amplio-
ri 19. Augusti allato, subdelegati continuo literis ea
re ad Legatum 23. Augusti datis, juncto procurator
quod acceperant exemplo, ac editionem ipsius autho-
praphi polliciti, significârunt, Imperatorem illud Cæs-
reæ Majestatis prædicatum, utpote ei ab omnibus, ali-
Regibus

Regibus, ac ipsis adeò prioribus Sueciæ Regibus, nunquam non deferri solitum, neutiquam remissurum, nec absq; eo ullum admissurum procuratorium: Vicissim Cæsarem Reginam Sueciæ alio non compellaturū stylo quàm erga alios supremæ dignitatis Reges consueto ac solemni. Marchioni præterea SIGISMUNDO in cunctis præliminaribus, etiam ultra loci & temporis capita ejusmodi dedisse mandata, ut sperarent, sine voluntatum ulterius rogandarum morâ ac sufflamine rem ad finem perducì posse.

Legato insuper, postulatâ omissione voculæ, HIC, & similibus gratificatum iri: atque adeò Cæsaream Majestatem ad solam Tutorum ac Administratorum Coronæ subsignationem, si quid ultra nõ fieri deberet, negotiationem auspicatoriã: dum tamẽ in tractatu ipso res ea agigaretur, rationesq; iniretur idoneæ, quibus actorum deinceps rati habitio & certitudo in tuto locaretur.

Subdelegati quoque rei maturandæ gratiã ei formulas conceptas procuratorii, salvorumq; conductorum, ad tractatus principales expendendas miserunt, spe factâ, si quid adhuc in iis desideraret, id facile posse concinnari, & communi cõsensu ita rem institui, ut procuratoria utrinq; quatenus titulorum, nominis, & styli ratione necessariò diversitatẽ quandã intercedere nõ oporteret, uniformia, paribusq; mutuò cautionib⁹ expedirentur. Po-

stremò legatū ut ea, quæ mutāda etiā nū cēseret, sigillatim designare, sibi que responsi à superioribus copiam vellet facere, rogārunt, mentione iterum urbis Francofurti ad Viadru, utpotè loci ad tractatus præ cœteris cōmodissimi, injectā.

Ad hæc Legatus 29. Augusti respondens, cum quædam de superiorum suorum ad pacem propensione, eorum autem responsum nondum adesse, præfatus esset, tanquam privato officio ac sensu, salvo superiorum arbitrio, spem ostentavit, quoad prædicatum *Majestatis* Cæsareæ Majestati cum titulum, qui eidem ab aliis supremæ authoritatis Regibus, in pari causa versantibus, deferretur, haud denegatum neque super omnibus, quæ pacta forent & conventa æquam ac idoneam cautionem gravatum iri.

Vicissim omissionem voculæ, *Hic*, item *CLEMENTER*, denuò urisit, ac mentione quarūdam obscuritatum, sigillatim tamen non monstratarum factā, expressim postulavit: 1. ut Reginae Suecię titulus *Serenissimæ* tribueretur, quippe qui & aliis Regibus, ex quo Septemvirorum quibusdam vocabulum *Serenorū* sit delatum, inscribi assueverit.

2. Cum circa personas ex parte Coronæ Sueciæ ad tractatus destinandas, ob fortuita quædam ex transverso incurrentia, mutatio incidere possit, ut propterea
 procu-

procuratorium salviq̄ue conductus non in hunc, aliumve nominatim, sed indefinite in Commissarios Regios Sueciæ, plenâ munitos potestate, dirigerentur,

3. Cum exhibito procuratorio Cæsareo facultas subdelegandi, superque cuncta præparatoria, ultra locum & tempus, concludendi, nō insit, ac proinde ipse quidem suspicetur alia expedita fuisse procuratoria, ut ergò eorum ipsi mitterentur exempla.

4. A Marchione etiam in instrumento ipsius subdelegatorio, duo illa epitheta, SENERISSIMÆ, ac POTENTISSIMÆ, pro Regina Sueciæ enixè requisivit.

Ea postulata cum talia viderentur, ut necessariò de ijs ad Cæsaream Majestatem & Marchionem, esset referendum, id continuò fuit præstitum: cumque ad eam à Cæsare quàm à Marchione assensus, cum procuratorij immutatis, esset allatus: Subdelegati rursus rem Legato 16. Octobris, nunciaverunt literis, denuò testati, Imperatorem absque epitheto *Cæsareæ Majestatis* nullam planè admissurum procuratorium; de cætero, ac sub conditione istiusmodi epitheti, consensum ab eo esse, in omnia capita reliqua, simulque procuratorij Cæsarei ad præparatoria renovati, quod Num. VIII. infra reperitur, nec non instrumenti Marchionis subdelegatorij (cui tamen ea vice nonnisi

prius procuratorium Cæsareum ob temporis angustiam inferi potuit) exempla miserunt, cū pollicitatione, tum ipsius autographi quod Pergamenæ inscriptum sit, exhibendi, dummodo ex procuratorij Legato à superioribus suis denuò impartendi exemplo perspecturi sint, sibi per mandata, quæ habeant, illius admisionem esse integram, tum ineundæ conventionis super ijs, quæ ad procuratoria principaliora, aut universim circa præparatoria tractatum adhuc notanda venire possent requisitione vicissim communicandæ sibi, quæ tanto tempore jam expectetur Suecicæ declarationis addita

Ad has literas cum usq; ad exeuntem Novembrem nihil prorsus adesset responsio, ac ne tabellarius quidem ipse vel cum solo redditionis documento reverteretur eas 27. Novemb. repetierunt, adjuncto Marchionis subdelegatorio denuò immutato, cui procuratorium Cæsareum correctum jam erat insertum, perq; Tubicinen declarationem illam Suecicam iterum miserunt.

Tubicen tandem, una cum Tabellario dicto, 18. Decembris reversus binas à Legato literas 30. Novembris & 1. Decembris datas, attulit quibus à Legati Secretario epistolium erat junctum, quo ob subsignationem literarum usq; ad 15. mensis protractam adversa Legati valetudo excusabatur.

Literis ijs Legatus retardatæ suæ respõsionis causam adfert

adfert, quod superiorum suorum plena, nondū adven-
 rit declaratio, se tamen intellexisse, ei perferendæ certū ē
 Suecia hominem Stetinum versus ablegatum fuisse cui
 hucusq; venti reflantes tempestates item ac summa iti-
 nerū pericula obstiterint: declaratio illa ubi allata fuerit,
 se id significaturum: accepitq; pro Regina Sueciæ epi-
 thetum *Serenissima*: addendo sibi innotuisse, quantū ad
 epithetum *Cæs. Majest.* id Cæsari à Rege Galliarum non
 tribui, quo magis sibi esse operiendū quā hac in re sint
 mente & voluntate superiores sui; Compertum tamen
 se habere Reginā suam erga Imperatorem ita se gesturā,
 uti ratio postulet, & aliis Regibus supremis, qui cū Re-
 gia ipsis Majestate in pari versentur causa, in usu sit.

Procuratoria, & salvos conductus ad tractatus prin-
 cipales eo modo emendandos, ceu postulatum ac pro-
 missum fuisset, omittēdum etiā in clausula finali vocu-
 lam, CLEMENTER denuò monet, ejusmodi vicissim
 sua ex parte pollicitus procuratoria & cōmeatus literas,
 de quibus non futurum sit ut quisquam conqueratur.

Meminit & literarū à Serenissimo Septemviro typis
 evulgatarū, quæ ex obitu Ducis Pomeraniæ piæ memo-
 riæ, in causa Pomeranæ successionis fuerāt ultro citroq;
 scriptæ, quib. Regē Sueciæ defunctū, in simulatione ser-
 monū quorundā, qui Regiæ ipsi⁹ Maj. & Coronę Sueciæ
 sint præjudicio, perstringi ait, atq; adeo se ipsū sigillatim
 ob actiones suas in hoc negotio cōtumeliosè traduci,

adscriptis sibi ejusmodi gestibus ac minis, ac si eas in Tubicinem missum usurpaverit, quas tamen inficias eat, eos qui tum in re præsentis fuissent, testatus: quamquam non negat Tubicinem istum ob allata diplomata, quæ & ipsa in editione dicta habentur, haud optimè à se fuisse acceptum;

Quæ cum ad exulcerationem magis quam reconciliationem animorum pertineant, eâque ratione vix futurum sit, ut res cum Regina ac Corona Suecia ad compositionem, felicemque deducantur exitum, ideò monet, ut ipse sui que in posterum viris bonis & equestri ordine digno habeantur modo, neu existimationi famæve ipsorum obtrechetur: alioqui par pari referendū fore: pluribus simul contestatus, Coronæ Sueciæ non majorem atque olim Reipublicæ Romanæ ejusmodi virorum esse penuriam, quibus & res patriæ sibi que commissa negotia gnaviter urgendi, nec ignominias à quoquam tolerandi sit animus.

Summa igitur rei cum in declarationis Sueciæ expectatione, quæ ab ultimo mense Julio, sicque integrum jam semestre durat, adhuc hæreat, utique ea volvenda que dies porrò erit operienda, ac interim cujusvis permittendum judicio, penes utros tractatum mora, Martisque clades suas ac calamitates prorogantis culpa in hunc usque diem constiterit.

Nec

Nec iis de rebus, de quibus Legatus sigillatim con-
queritur, quid aliud in editione illa habetur, quam cui
ii ipsi, qui sermonibus illis audiendis præsentes inter-
fuerunt, nominatim citari testes possunt, quodve Tubi-
cen renunciauit, & jurejurando, si opus, asseverare pa-
ratus est.

SEQUUNTUR QVORVM IN
relationis hac continuatione fit men-
tio, instrumenta.

NUM. VI.

Formula procuratorij Cæsarei ad tractatus principales.

NOS FERDINANDUS III. &c. publicè
testamur hisce literis, omnibusque notum esse
volumus. Postquam nobis cum Serena Princi-
pe, Domina CHRISTINA, Suecorum, Gothorum
ac Vandalorum Regina, ac Corona Sueciæ, per utriusq;
potestate instructos, ratione loci & temporis ad ineun-
dum pacis tractatū, de N. & proximo N: convenit: hos
ad capeffendum hoc ab omnibus exoptatum ac publi-
cæ utilitatis negotium N. & N. Cæsareos nostros cre-
asse Commissarios, ipsisq; plenam nostram Cæsaream
H pote-

potestatem tribuisse, quod etiam hisce facimus, & iis
 plenam concedimus Cæsaream nostram facultatem &
 auctoritatem, omni meliori forma, quâ id de jure aut
 cōsuetudine quàm efficacissimè ac firmissimè fieri pos-
 sit: ita ut nostro nomine, & ex nostra persona cum
 Regina ac Coronæ Sueciæ auctoritate munitis, Regni
 Suecici Cancellario, Legato, Cancellario ac Confilia-
 rio, Axelio Oxenstierna, Stenone Bielken, N. Salvio
 & N. Steinberg, cunctis & singulis, de pacis tractati-
 bus negotientur ac concludant. Spondemus etiam
 ac recipimus hisce, omnia ea quæ prænominati no-
 stra potestate instructi Commissarii, cum Regina
 ac Coronæ Sueciæ facultate munitis, istorum de pacis
 tractatum gratiâ negotiati fuerint ac decreverint, non
 tantum habere rata, sed etiam firmiter, constanter, ac
 inviolabiliter observare. Fideliter & absque fraude
 Sub fide hujus diplomatis sigillo nostro Cæsareo ob-
 signati, quod dabatur Viennæ, &c.

Nun

N U M. VII.

*Formula Cæsareorum Salvorum conductuum ad tractatus
principaliores.*

NOS FERDINANDUS III. restatum his-
ce & notum volumus omnibus: Cum inter nos
Serenissimamq; Principem, Dominam CHRI-
STINAM, Suecorum, Gothorum ac Vandalorum
Reginam, Coronam Sueciæ, per utriusq; potestate in-
structos, ratione loci & temporis ad ineundos de pace
tractatus, de N. ad proximum N. convenerit: nos ad
promovendum hoc à nemine non tantis expetitur
votis, ac publicæ utilitatis negotium, dictæ Reginae ac
Coronæ Sueciæ Cancellario, Legato, & consiliariis, A-
xelio Oxenstiernæ, Stenoni Bielken, N. Salvio, & N.
Steinberg, uti ejus potestate munitis, cunctis ac singu-
lis, salvum nostrum conductum in ipsos, & quas se-
cum habent personas impartiri voluisse, quemadmodum
iis cunctis ac singulis vigore harum impartimur. Im-
perantes proinde omnibus nostris ac Imperii Electo-
ribus, Principibus, ac Ordinibus, cunctisq; etiam re-
gnorum ac provinciarum Principibus, Ordinibus, sub-
ditis, nec non omnibus ac singulis nostris superioris
H 2 & infe-

& inferioris fortis Officiariis, præsertim nostris ac Sacri Imperii exercitibus, quâ equitatu, quâ peditatu constant, quocunque stativa faciant loco, omnibus item qui iis cum imperio præsent Ducibus Generalibus, Tribunis, equitum magistris, centurionibus, & officialibus, ut prædictos Reginae ac Coronae Sueciae facultate instructos, cunctos aut eorum singulos, ex die dati huius diplomatis, quamdiu negotiatio duraverit, ac posteam quantum ipsis temporis ad retrovertendum necesse fuerit, cum omnibus quas secum habebunt hominibus, famulis aut aliis ad eos spectantibus, omnibus item equis eorum, impedimentis, aut quæ alia trahunt, sine exceptione liberè, tutò, absque molestia aut obstaculo, ad prædictam nostram urbem N. ab eaque retrò proficisci, quotiescunque voluerint ultrò citroque commeari, ibique ac ubique locorum liberrimè versari sinant, nec ullo eos impedimento aut læsione, seu verbis seu opere afficiant, neu ab aliis affici permittant: quidcunque tandem ea negotiatione efficiatur: Quod si etiam cursores aut alios ex suis huc illuc habeant mittendos tum & ii eadem ita ac reditu, fruuntur libertate. Hocque seriò, ac sub pœna severiter sumenda edicimus: Teste hoc diplomate sigilli nostri impressione munito, quod dabatur in urbe nostra Vienna, &c.

Pro-

NUM. VIII.

Procuratorium ad preparatoria Cesareum mutatum.

NOS FERDINANDUS III. DEI gratia, electus Romanorum Imperator, semper Augustus, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiae & Slavoniæ, &c. Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiæ, Brabantiae, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Lutzemburgi, Wurtembergæ, superioris & inferioris Silesiæ, Princeps Sueviæ, Marchio Sacri Romani Imperij, ac Burgraviæ, Superioris & inferioris Lusatiae, Comes in Principem electus Hasburgi, Tyrolis, Ferretis Kyburgi ac Goritiæ, Landgravius Alsatiae, Dominus Marchiæ Slavonicæ, Portus Naonis & Salinarum, &c. testamur publico hoc diplomate, omnibusque notum reddimus. Cum ex obitu Serenissimi quondam Principis, Domini FERDINANDI secundum, Romanorum Imperatoris, dilectissimi nostri Domini ac parentis, pientissimæ memoriæ, administratione ac regimine Imperij ad nos devolutâ, nihil nobis magis sit in votis, quam ut Sacrum Romanum imperium cum ejus Electoribus, Principibus, ac ordinibus in solido locetur pacis, omnisque ulterior sanguinis profusio, ac provinciarum combustio ab eo avertatur.

H. 3

tur.

Pro-

tur: atq; ex Sereno ac Illustrissimo GEORGIO WILHELMO, Marchione Brandenburgico, Stetini, Pomeraniae, Cassubiorum ac Vandalorum Duce, Burggravio Norimbergensi, & Principe Rugiae, Sacri Rom. Imp. ArchiCamerario, dilecto nostro cognato ac Electore, intellexerimus Serenissimae Principis, Dominae CHRISTIANAE, Suecorum, Gothorum, ac Vandalorum Reginae designatae, ac Principis hereditariae Magnae Principis Finlandiae, Ducis Esthoniae ac Careliae, Dominae Ingriae, ac Cor. Sueciae Legatum, Stenonem Bielken, Liberum Baronem, ex persona Reginae innuisse, siquidem nos procuratorium nostrum ratione praeliminarium, super loco & tempore, alijsq; ad tractatus principales praeparatorijs decernere vellemus, tum nec ex ipsorum parte ullam fore difficultatem.

Idcirco de praelimiribus, ratione loci & temporis, cunctisq; alijs ad tractatus principales praeparatorijs transigendi potestatem plenamq; auctoritatem Illustrissimo SIGISMUNDO, Marchioni Brandenburgico, Stetini, Pomeraniae, Cassubiorum ac Vandalorum Duci, Burggravio Norimbergensi, & Principi Rugiae, dilecto nostro cognato ac Principi, concessimus.

Idq; vigore harum facimus, & Dilectioni ipsius plenam potestatem ac auctoritatem concedimus, omni meliori modo, quo id ex legum, vel consuetudinis norma, efficacissimè ac firmissimè fieri possit, ita ut nostro nomine

mine & ex nostra persona Dilectio ipsius cum prædicto
Reginæ & Coronæ Sueciæ Legato, Stenone Bielke, aut
si quis alius ejus rei à Regina & Corona Sueciæ habue-
rit facultatem, super memoratis præliminaribus loci &
temporis, alijsq; ad tractatus de summa rei præparato-
rijs transigat ac statuatur.

Et si fortè Dilectioni ipsius videretur ista per subdele-
gatos agi ac decerni debere, itidè ipsi plenam tribuimus
authoritatem alios subdelegandi inq; suum substituendi
locum. Spondemus etiam ac recipimus omnia ea, quæ
Dilectio ipsius ejusve subdelegati, ratione dictorū præ-
liminarium, egerint ac substituerint, nō solum rata nos
habitueros, sed etiam constanter, firmiter ac inviolabili-
ter observaturos: absq; fraude. Sub fide hujus diploma-
tis, impressione sigilli nostri secretioris muniti, quod
dabatur in arce nostra Ebersdorff, decima die mensis
Octobris, à Christi Domini nostri ac Servatoris nativi-
tate, anno supra millesimum sexcentesimo trigesimo
septimo, Imperij & regnorum nostrorum Romani pri-
mo, Hungarici duodecimo, & Bohemici decimo.

F E R D I N A N D U S

L. S.

V^t.

P. H. à Stralendorf.

Ad mandatum Sacræ Cæs.

Majestatis proprium

Johan. Soldner D. manu propria.

NUM.

NUM. IX.

*Subdelegatio ab Illustrissimo Marchione SIGIS-
MVNDO Brandenburgico facta.*

NOS SIGISMUNDUS, DEI gratiâ,
Marcio Brandenburgicus, in Prussia, Stetini, Po-
meraniæ, Cassubiorum ac Vandalorum, nec-
non in Silesia Crofnæ ac Carnoviæ Dux, Burggravius
Norimbergensis, ac Princeps Rugiæ, &c. testamur co-
ram omnibus, præcipuè Serenissima, ac potentissima
Principe ac Domina, Domina CHRISTINA,
Suecorum, Gothorum, ac Vandalorum Regina, Magna
Principe Finlandiæ, Duce Esthoniæ, & Careliæ, Domi-
na Ingriæ, cognata nostra dilectissima, ipsiusq; Corona,
ac earum Legato Stetini antiqui commoranti. Illustris
amico nostro imprimis nobis dilecto, Stenone Biel-
ken, Barone in Krackerum, Equite, &c. alijsque Regijs
Ministris Suecicis, quibus id scire opus est:

Sacram Cæsaream necnon in Hungaria ac Bohemia
Regiam Majestatem, Dominum nostrum clementissi-
mum nobis nuper procuratorium instrumentum i-
psius subscriptione, ac sigillo Cæsareo munitum misit-
se, in eoque nobis dedisse mandata, ut ex persona Cæ-
sareæ ipsius Majestatis cum memorato Regio Sueciæ

Legat-

Legato, aliisque negotio pacis cum potestate destinatis Ministris, super capitibus præparatoriis ac præliminariis, quæ ante congressum de summâ rei definita esse expediat, conventionem iniremus decretoriam, cujus procuratorii ad verbum hîc inserti exemplar subsequitur.

NOS FERDINANDUS III. DEI gratiâ, electus Romanorum Imperator &c. (uti supra Num. 8.)

Cui rei quanquam non solum jam initium est datum, nostris cum Regii Legati subdelegatis semel congressis, sed & nos sumus omninò parati negotium porò ipsi coram ad finem perducere: requirente tamen Serenissimo Septemviro Brandenburgico, Domino agnato nostro observando, cui id officii negare haudquaquam debuimus, iter Warloviam versus, & in Prussiam, ad Regias in Polonia nuptias, nobis fuit suscipiendum, ubi aliquantisper distinebimur, quominus negotio huic ipsi interesse possimus.

Ut igitur tractatus isti, & quæ ad eos pertinent, nihilo secius progressibus utantur suis, neu absentia nostræ causâ, moræ quid patiantur: ideo Nobilibus & doctissimis, dilectis nobis ac fidelibus, Balthasari à Brun, Johanni Georgio à Born, Petro Fritz, Legum Doctori, & Johanni Fromholten, Serenissimo Septemviro à consiliis sanctioribus & aulicis, Cancellario item Custrinensi,

nenſi, ac Conſiſtorii Eccleſiaſtici Coloniae ad Spream
 praefidi, poteſtatem ac authoritatem noſtram contuli-
 mus: Idque omni meliori & ad Leges exactiori modo,
 vigore harum literarum facimus: ita ut cum memo-
 rato Regio Sueciae Legato de ulteriori ad conventum
 tempore & loco agant, ac ſtatuant, prout condictum
 fuerit, praefito ſint, ſuper omnibus tranſactu neceſſariis
 capitibus colloquia, aut etiam, ſi res poſtulabit, com-
 municationes ſcripto inſtituant, ac mutuo conſenſu,
 ſuper unoquoque capite certi quid definiant ac decer-
 nant: idque eum ad modum, ut, ſi forte cuncti ſimul
 negotio vacare non queant, bini aut terni rem proce-
 rent, quodq; ab altero coeptum, ab altero continetur
 & abſolvatur. Promittimus etiam, quae dicti noſtri
 ſubdelegati ex poteſtate hac noſtra ipsis conſeſſa, ita
 tractaverint, peregerint, ac decreverint, ea omnia no-
 rata ac grata habituros, ac uſquequaque obſervaturos
 non ſecius ac ſi a nobis ipsis geſta eſſent: Fideliter &
 abſque fraude. In cuius rei fidem, procuratorium hoc
 manu noſtra ſubſignatum, principali noſtro ſigillo
 muniri juſſimus; quod dabatur Regiomontii in Pruſſia

26 Octobr.

5. Novembr.

Anni 1637.

AUCTA

AUCTARII LOCO addere placuit diploma à Legato Suecico Stenone Bielken, Stetini 16. Decembris 1637. promulgatum, quo omnes Electoratus Brandenburgici subditi urbe subito pro- scribuntur & sine peculiari venia illic remanentium corpora ac fortunæ, prædæ addicuntur: unde augurari licet, quid iis sperandum sit, qui se curitati suæ ac saluti ab illâ parte consultum fore putârunt.

SACRÆ REGIÆ Majestatis, clementissimæ nostræ Reginae designatæ, & Principis hereditariæ, nec non Regnorum Sueciæ Senatoris, ad aulam Pomeranam cum plena potestate Legati, & Regii Status bellici inibi Gubernatoris generalis, Illustris Domini, Domini STENONIS BIELKEN, Liberi Baronis in Krakerum, &c. Domini nostri clementis EXCELLENTIA, &c.

PALAM hisce obnuntiat ac edicit, ut cuncti Electoratus ac Marchiæ Brandenburgicæ subditi ac incolæ, sive equestres illi sive civices, sive & agrestis sint conditionis, qui quidem in Regiis Suecicis non sint ministeriis aut stipendiis, & aut in urbe ipsa Stetino, aut in suburbiis commorantur, confestim ex urbe; cò quò par est, seu quò voluerint, sese transferant, aut in

Excellentiæ suæ Cancellaria in arce nomina & causam commorationis hîc suæ professi, responsum operiantur, utrum uni alterive ex certis & justis rationibus hîc ultra remanendi potestas queat fieri. Is verò aut ij, qui absq; ejusmodi peculiari permissione, & contra hanc promulgationem, porrò in urbe deprehendentur, jam nunc prædæ funto expositi, ac publici hostes declarati & cuivis integrum esto in eorum, quâ corpora quâ fortunas publicorum hostium instar manus iniicere, ac hostilibus eos accipere modis: Severè item Regijs hujus præsidij officiarijs cunctis ac singulis imperatur, ut vigili contendant curâ, omniq; incumbant industriâ, quod transgressores hujus edicti assequantur & capiant: qui prope ei ex officiarijs vel etiam militibus gregariis, qui talem quendam vel exploraverit vel prehenderit, aut prout res tulerit, ea, quæ prehensus secum habebat, prædæ concedetur, aut ab homine ipso redemptionis pretium exigere permittetur, aut alia quædam remuneratio erogabitur. Senatus etiam hujus urbis rogatur, ut sponte rem istam habeat curæ, civibusq; seriò injungatur ne quisquam, sub pœna gravissima nec remittenda prævaricatorem ejusmodi celet, sed quò par est indicet ac deferat. Insuper edicitur, quod si fortè cuiquam ex subditis & incolis Marchicis necessitas incumbat, ob causas urgentes urbem petendi, ne is sibi licentiam sumat

mat ultrò ingrediendi, sed in agro subsistat, donec, uti supra monitum, ad Cancellariam indicium sui fecerit, peculiaremque veniam intrandi impetraverit; multò minus sub specie ac nomine subditorum Pomeranorum, aut aliorum viatorum irrepat, sub memoratâ animadversione & punitione non remittendâ. Quod superest, Senatus hujus urbis amanter monetur & oratur, civibus suis ea dare jussa, ut nemo civium aliorumve urbis incolarum quenquam advenam in ædibus suis, cellis, tabernis aut officinis diversorio accipiat, quin hospitis sui nomen, & conditionem, quid item negotij hîc habeat, in Curia urbis, Domini Legati etiam Cancellaria, & præfecto præsidij prius indicaverit: utque cives continuò, quos domi habeant advenarum justam designationem ad Curiam, Cancellariam item ac Præfecto exhibeant: Quæ, quemadmodum ad bonum publicum hujusque urbis securitatem pertinent, ita spes est cuiusvis eorum observationem cordi fore, præsertim verò Officiarios Regios cunctos ac singulos, gregariosque milites, præcipuè excubias ad urbis portas agentes, omni ac summâ annixuros ope, ut diplomatis hujus sancita effectum sortiantur suum ac executioni demandentur. Peregrini autem hæc & sibi dicta putanto, suaque cavento incommoda. Ac ne cui causæ quid relinquatur ignorantiam excusandi,

diploma hoc absque morâ pro concionibus è suggestu
 recitabitur, mox ad tympanorum strepitum publico
 promulgabitur præconio, denique typis excusum so-
 lemnibus locis affigetur. Horum fidei memorati Do-
 mini Legati Excellentia his suâ subscripsit manu, sigil-
 lumque suum gentilitium supponendum curavit:
 quod actum Stetini antiqui: ad 16. Decembris anni
 1637.

F I N I S.



ggestu
ublico
um fo-
i Do-
sigil-
ravit:
anni



QK 9/4398

1077

75



ULB Halle
004 821 386


3








tiffin
ac m
Ron
conf
jesta
perv
arm
con
F
inst
Co
rea
pte
cis
tin
tiu
jes



KODAK Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2000
Kodak
LICENSED PRODUCT
3/Color
Black
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue



comitijs proximè
um Electorum e-
m Regi Ratisbo-
m Cæsaream Ma-
efunctam, Divum
UM II. lauda-
s, ut intimæ notæ,
suis, Imperijque
ccipiam instituisse
utrâque Regia Ma-
e ad pacis tractatus
nt obtineri, saltem
e, pax tandem alma

sta de pacificationis
ò usque prolatâ, ut
rei sententiâ Cæsa-
Serenissimosque Se-
t, in tractatibus pa-
s Electores Mogun-
ine & autoritate to-
delegaturos qui Ma-
c Commissarijs in eo
2 nego-

